Fragmentarium



Quia similis est regnum celorum homini
patri familias qui exiit conducere ope-
rarios ad vineam suam. Cum exiit mane
et quos invenit conduxit et placuit eis
mercede denarium. Cum exiit hora ter-
tia invenit alios et adduxit ad opus vi
neae. Et sexta hora hoc fecit. Et nona hoc
fecit. Exiit etiam hora undecima pro
pe finem diei invenit quosdam vacuos
stantes et ait illis. Quid hic statis qua
re non operamini in vinea. Responde-
runt. Quia nemo nos conduxit. Ait illis
Ite et vos in vineam. Et quod iustum fuerit
dabo vobis. Cum ergo sero factum esset dicit
dominus vineae. Vocate operarios et
reddite illis mercedem. Cum venissent
qui circa hora undecima operati sunt
denarium. Venientes autem primi
putabant se plus accipere. Et ipsi
acceperunt denarium. Murmu-
rabant adversus patrem familias
dicentes

License: cc-by-nc – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 11641, 44r – Fragments of the Codex Phimarconensis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-f8s8/58/716)